



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

### Syntaxis Historiæ Evangelicæ

Cope, Alan

Lovanii, M.D.LXXII.

16. Iohannes publicè testatur de Christo.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-47925](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-47925)

S. Mattheus.	S. Marcus.	S. Lucas.	S. Iohannes.
<p>mādabit de te, &amp; in manibus tollent te, ne fortē offendas ad lapidē pedē tuū. Ait illi Iesus rursū, Scriptum est, Nō tētabis Dominum Deum tuum. Iterū assumpsit eum diabolus in montem excelsum valde, &amp; ostendit ei omnia regna mundi, &amp; gloriā eorum, &amp; dixit ei, Hæc omnia tibi dabo, si cadens adoraueris me. Tunc dicit ei Iesus, Vade Satana, scriptū est enim, Dominum Deum tuum adorabis, &amp; illi soli seruiēs. Tunc reliquit eum diabolus, &amp; ecce angeli accesserunt, &amp; ministrabant ei. * 23.</p>		<p>uerfam, &amp; gloriā illorū, quia mihi tradita sunt, &amp; cui volo, do illa. Tu ergo si adoraueris coram me, erūt tua omnia. Et respōdens Iesus, dixit illi, Scriptum est, Dominū Deū tuum adorabis, &amp; illi soli seruiēs. &amp; duxit illum in Ierusalē, &amp; statuit eū super pinnā tēpli, &amp; dixit illi, Si filius Dei es mitte te hinc deorsum. Scriptū est enim, quōd Angelis suis mandauit de e, vt conseruent te, &amp; quia in manibus tollēt te, ne fortē offendas ad lapidē pedē tuum. Et respondens Iesus, ait illi, Dīctum est, Non tentabis Dominum Deum tuum. Et cōsummata omni tētatione, diabolus recessit ab illo, vtque ad tempus. * 23.</p>	

CAP. 16. Iohannes publicē testatur de Christo. Iohan. Cap. 1. \* 3.

S. Mattheus	S. Marcus.	S. Lucas.	
			<p>Iohannes testimonium perhibet de ipso, &amp; clamat dicēs, Hic erat quem dixi, Qui post me venturus est, ante me factus est, quia prior me erat. Et de plenitudine eius nos omnes accepimus, &amp; gratiam pro gratia, quia lex per Moysen data est, gratia &amp; veritas per Iesum Christum facta est. Deum nemo vidit vnquam: vnigenitus Filius, qui est in sinu Patris, ipse enarrauit. Et hoc est testimonium</p>

S. Matthæus. S. Marcus.

S. Lucas.

S. Iohannes.

stimoniū Iohānis, quādo miserūt Iudæi  
 ab Ierosolymis sacerdotes & Leuitas ad  
 eū, vt interrogarēt eum, Tu quis es? Et  
 cōfessus est, & nō negauit, & confessus  
 est, Quia nō sum ego Christus. Et inte-  
 rogauerunt eū, Quid ergo? Elias es tu?  
 Et dixit, Nō sum. Propheta es tu? et re-  
 spōdit, Nō. Dixerūt ergo ei, Quis es, vt  
 respōsum demus his qui miserunt nos?  
 quid dicis de teipso? Ait, Ego vox cla-  
 mātis in deserto, dirigite viā Domini, si-  
 cut dixit Isaias Propheta, Et qui missi  
 fuerāt, erāt ex Phariseis. Et interroga-  
 uerunt eum, & dixerunt ei, Quid ergo  
 baptizas, si tu non es Christus, neque  
 Elias, neq; Propheta? Respōdit eis Iohā-  
 nes, dicēs, Ego baptizo in aqua: me-  
 dius autē vestrūm stetit quē vos nescitis.  
 Ipse est q̄ post me venturus est, qui ante  
 me factus est: cuius ego nō sum dignus  
 vt solū eius corrigiā calceamēti. Hęc  
 in Bethania facta sunt trans Iordanem,  
 vbi erat Iohannes baptizans. Altera die  
 vidit Iohannes Iesum venientē ad se, &  
 ait, Ecce agnus Dei, ecce qui tollit pec-  
 catum mundi. Hic est de quo dixi, Post  
 me venit vir, qui ante me factus est, quia  
 prior me erat, & ego nesciebā eū, sed vt  
 manifestetur in Israēl, propterea veni  
 ego in aqua baptizans. Et testimonium  
 perhibuit Iohānes dicēs, Quia vidi spi-  
 ritū descendētē quasi columbā de cę-  
 lo, & māsit super eū. Et ego nesciebam  
 eum, sed q̄ misit me baptizare in aqua,  
 ille mihi dixit, Super quē videris Spi-  
 ritū descendētē & manentē super eū, hic  
 est qui baptizat in Spiritu sancto. Et  
 ego vidi: & testimonium perhibui, quia  
 hic est filius Dei. \* 17.

CAP. 17. Christum à Iohanne demonstratum Discipuli quinque incipiunt agnoscere & sequi. Iohan. Cap. 1. \* 16.

S. Matthæus

S. Marcus.

S. Lucas.

**A**ltera die iterum stabat Iohannes, & ex discipulis eius duo. Et respiciens Iesum ambulatē, dicit, Ecce Agnus Dei. Et audierunt eum duo discipuli loquentē, & secuti sunt Iesum. Cōuersus autē Iesus, & videns eos sequētes se, dicit eis, Quid quæritis? Qui dixerunt ei, Rabbi (quod dicitur interpretatum Magister) vbi habitas? Dicit eis, Venite & videte. Venerunt, & viderunt vbi maneret, & apud eum manserunt die illo: hora autē erat quasi decima. Erat autem Andreas frater Simōnis Petri vnus ex duobus qui audierant à Iohanne, & sequuti fuerāt eum. Inuenit hic primum fratrem suum Simōnem, & dicit ei, Inuenimus Messiam, quod est interpretatum Christus, & adduxit eum ad Iesum. Intuitus autē eum Iesus, dixit, Tu es Simon filius Iona: tu vocaberis Cephas, quod interpretatur Petrus. In crastinum voluit exire in Galileā: & inuenit Philippam, Et dicit ei Iesus, Sequere me. Erat autē Philippus à Bethsaida, ciuitate Andreę & Petri. Inuenit Philippus Nathanael, & dicit ei, Quē scripsit Moyses in lege & Prophete, inuenimus Iesum filiū Ioseph, à Nazareth. Et dixit ei Nathanael, A Nazareth potest aliquid boni esse? Dicit ei Philippus, Veni, & vide. Vidit Iesus Nathanael venientem ad se, & dicit de eo, Ecce verē Israelita, in quo dolus non est. Dicit ei Nathanael, Vnde me nosti? Respondit Iesus, & dixit ei, Prius quam te Philippus vocaret